tur, in omnib. Gl. Cr. Praef. & Communic. propr per tot. *Oct.* Si quis unam tantum, ex rationali causa dicere velit, dicat tertiam, quæ cum Officio concordat, duas enim dicere prohibuit S. R. C. In una Missa tantum dic. Noctem Sacratissimam, etsi in die celebretur, In 2da fit. com. S. Anastasiæ. Hodie Celebrans. In una Missa totum Sangvinem, diligentius sumit post unam alterumve haustum parum inclinando Calicem super patenam, donec, ferè ad labium Calicis remanentes guttæ defluerint. Quas deinde sumit: postea patena Calicem, & pala tegens: ac super Corporale relinquens, dicit: *Quod ore &c.* Tandem infundente ministro vinum & aquam abluo digitos, quibus SS. Sacram. tetigit non in Calice in quo consecravit, sed in alio vase mundo vitreo, vel argenteo, & interim dicit: *Corpus tuum &c.* absterfisq; digitis purificatorio, prædictum vas reponit in posteriori parte Altaris prope Corporale juxta quod poni potest & purificatorium. Deinde ponit Hastiam super Patenam pro subsequendo alio Sacro non extergendo Calicem, quem existentem in Corporali extenso ut initio Missæ nullam faciendo genuflexionem speciebus vini (quæ fortè remanerunt) vel accedendo ad medium Altaris. In 2da Missa post Offertorium depositò velò de Calice, hunc parum versus cornu Epist: collocat

( non

## D E C E M B E R.

(non tamen extra Corporale) & acceptâ Patena Hostiam offert, facta oblatione Hostiæ non extergit purificatoriô Calicem, sed eum super Corporale leviter elevat, & vinum cautè infundit ne guttæ aliqua ad labia Calicis resiliant: quem nullatenus ab intus abstersum, more solito offert. sumptio Sangvinis (quam expedit fieri per eandem viam per quam facta est in 1ma Missâ) & reliqua ut in 1ma Missâ. In 3tia Missâ omnia ut in 2da. usque ad sumptionem Sangvinis inclusivè, postquam sumit purificationem ordinariam, deinde ablutioem digitorum è vase dicto immittit in Calicem, & sumit, ac denique solitam in Calice digitorum ablutioem & postquam extersit Calicem, etiam vas in quo fuit ablutio purificatoriô extergit. *Evang. ult. ex Epiph. Cum natus esset. Ita Merati. N. B. Post primam Missam cantatam in nocte, alias duas successivè ante auroram celebrare prohibuit S. R. C. sicut & Sacerdotes privatas Missas (etiam unicam) dicere non possunt ante auroram ita declaratum est Româ Hodiè licitus est esus carniû, nisi quem specialis obligatio abstinenti hodiè ab esu carniû obstringat aliunde. In Vesp. com. sequ. etiam in pr. Eccl.*

26. **DOSS. vacat S. Stephani Protomart.** dupl. 2. Cl. cum. O&. C. R. com. O&. Nativit. Benedictio Avenæ Vesp. ut in pr. à Cap. de S. Steph. com. seq. & O&. Nativ.

27. Fer.

27. F  
C  
Pr  
loc  
28. l  
cu  
loc  
9p  
ct  
du  
lel  
Pr  
M  
ve  
om  
G  
se  
di  
29.  
C  
us  
N  
d  
&  
30.  
se  
D  
co  
C  
A  
à



D E C E M B E R.

27. Fer. ij. **S. Joana. Apost. Evang.** dupl. 2.  
 Cl. cum Oct. C. A. com. Octavar. Gl. Cr.  
 Præf. de Nativit. Bened. vini. Vesp. ut in  
 loco. com. seq. & Octavar.
28. Fer. iij. **SS. Innocent. MM.** dupl. 2. Cl.  
 cum Oct. C. Viol. ut in pr. In 3tio Noct.  
 locò Ant. Tradiderunt dic. Ant. Isti sunt. R.  
 gnus dic. Te Deum laud. non dic. com. O-  
 ctavar. In Miss. Gl. non dic. neq; post Gra-  
 duale. Alleluia. sed finitò Graduali, omissò Al-  
 leluia & V. sequ. dic. Tractus. Effuderunt.  
 Præf. & Communic. de Nativitate locò Ite  
 Missa est. dic. Benedicamus Dño In Carb.  
 verò Eccl. ratione Reliquiar. C. R. 9. R.ium  
 omittit. & dic. Te Deum laud. In Miss. Gl.  
 Graduale dic. cum Allel. usq; ad Tractum  
 sed Tractus omittit. Cr. dic. & Ite Missa est  
 dic. Vesp. ut in loco com. seq. & Octavar.
29. Fer. iv. Thomæ Cantuarien. Ep. M. semid.  
 C. R. ut in pr. com. Octavar. Cr. Vesp.  
 usq; ad Capitulum cum Antiph. & Psalm. de  
 Nativit. Dñi ritu semiduplici. à Cap. verò  
 de Dom. infra Oct. Nativit. Dñi. com. præc.  
 & Octavar.
30. Fer. v. De Dom. infra Oct. Nativit. Dñi.  
 semid. C. A. Offic. dic. ut in Festo Nativit.  
 Dñi. præter ea, quæ in propr. loco notant.  
 com. Octavar. Missa. pr. ut infra Oct. Gl.  
 Cr. Præf. Communic. de Nativ. Dñi Ad Vesp.  
 Ant. cum Psalmis. de Nativit. Dñi. ritu dupl.  
 à Cap. de seq. com. Dom. & Octavar. 31

D E C E M B E R.

31. Fer. vj. Silvestri Pap. Conf. dupl. C. A. com. Octavar. Hodie in Martyrolog. pronuntiatur. Luna 16. sub litera q. quæ litera erit Martyrologii pro anno sequenti. Vesp. de seq. com. null. Plenil. Januarii h. 1. m. 57. manè.

Pro Collegiata S. Georgii M.  
in Arce Cracoviensi.

A P R I L I S.

23. Fer. vj. Adalb. Ep. ut in Ordinario. Vesp. de seq. com. præc.
24. Sabb. Georgii M. dupl. 1. Cl. com Oct. C. R. L. 1. N. Fratres debet. 2di & 3tii. ut in Breviario not. com. nulla Gl. Cr. In Vesp. com seq. & Dom. tantum.
25. Dom. 2. p. Pasch. Marci Evāng. ut in Ordinario.
26. Ut in Ordin. In laud. com. S. Adalb. & S. Georg. per Ant. ex 1. vesp. V. Latitia & Vesp. ut in Ordin. com. præc. item com. Oct. S. Adalb. & S. Georg. per Ant. ex laud. V. Lux perpet.
27. Ut in Ordin. com. S. Adalb. & S. Georg. per Ant. Filix Ierus. V. Latitia. In Vesp. autem Ant. Sancti & just. V. Latitia & com. S. Vitalis per Ant. ex 1. Vesp. V. Lux perpet.
28. Ut in Ordin. com. Octavar. ut heri Pro S. Vitale. Ant. ex 1mis Vesp. V. Lux perpet.



## A P R I L I S.

29. *Ut in Ordin. com. Octavar. ut 26. huj.*  
30. *Ut in Ordin. com. S. Georgi: ut 27 huj Vesp. de seq. ut in Ordin. com. diei Octavæ S. Ge. org. ut in 1. vesp. Festi & S. Adalb. ut in Ordin. not.*

## M A J U S.

1. Sabb. *Ut in Ordin. com. S. Georg. per Ant. ex laud. V. ex 1. vesp. Vesp. de seq. com. præc. item Oct. San. Georg. & Dom. tantum.*

## O C T O B E R.

9. Sabb. *Ut in Ordin. Vesp. de Dedicat. com. Dom. tantum.*  
10. Dom. 19. p. Pent. 2. 8bris. Dedicat. Eccl. Colleg. S. Georg. in Arce Crac. dupl. 1. Cl. cum Oct. C. A. Offic. *ut in comm. Dedicat. Eccl. 9. 1. & com. Dom. In Miss. Gl. Cr. per rot. Oct. ult. Evang. Dom. In Vesp. com. Dom. & seq.*  
11. *Ut in Ordin. com. Oct. Dedic. & in Miss. Gl. 2. Or. Conced. 3. Eccl. v. p. Pap. Cr. suffr. non dic. Vesp. de seq. com. præc. & Oct. Dedic. ac S. Remigii Ep. Conf.*  
12. Fer. iij. Gratiar. Act. dupl. maj. C. A. *fuit 10. huj. ut in pr. 9. 1. S. Remigii, com. Oct. Dedic. & S. Remig. In Miss. Gl. 2. Or. Oct. 3. S. Remig. 4. pro Gratiar. Acti- one. Cr. In Vesp. com. seq. & Oct.*  
13. 14. 15. 16. *Ut in Ordin. com. Oct. De. dic. in*

## OCTOBER.

- dic. in laud. Missa & Vesp. Cr. dic. Vesp.  
à Cap de die Octava Dedic. ut in 1. Vesp.  
Festi. com. præc. & Dom. ut in Ordin. not.  
17. Dom. 20. & 3. sbris. Octava Dedicat.  
dupl. C. A. Offic. & Missa ut in Festo L. 1.  
N. ex Festo. 9. 1. & com. Dom. Cr. Præf.  
de SS. Trinit. ult. Eyang. Dom. Vesp. de  
seq. com. Oct. Dedic. tantum Cætera ut in  
Ordinario.

## DECRETA

### Scitu necessaria.

1. In privatis Oratoriis, & privilegiatis non potest celebrari Missa in Festis Solemnioribus, nempe, In Natali Domini, Epiphaniæ, Feria v. in Cæna Dñi, Paschate Pentecoste, Annuntiatione, Ascensione Dñi N. J. C. Assumptione B. M. V. Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, & OO. Sanctorum. S. R. C. 19. sbris 1607.
2. Occurrente Vigilia S. Mathiæ Apostoli in feria 3tia post Dominicam Quinquagesimæ, observandū est jejunium, quod non potest anticipari ratione carnis Privii. S. R. C. 23. Januarii 1694.
3. In Festo SS. Corporis Christi, non convenit cantare cantiones vulgari sermone. S. R. C. 21. Martii 1609.
4. Quando 3tia Oratio in Missis, est ad libitum, & ex jussu Summi Pontificis, vel Episcopi debet apponi aliqua specialis Oratio, pro publica indigentia, videlicet contra Turcas, seu ad petendam serenitatem aut pluviam &c. hæc Oratio debet recitari tanquam ex præcepto 4to loco, non omissa 3tio loco ill, quæ est ad libitum, seu pro devotione



tione Sacerdotis eligenda. S. R. C. 17. Augusti 1709.

5. Functiones Pontificales. quæ absente vel impedito Episcopo, spectant ad Primam Dignitatem, sunt Festum Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, SS. Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis B. M. V. Omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, Tituli ejusdem Ecclesiæ, Patroni Civitatis, necnon Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, Distributio Candelarum, Cinerum, Palmarum, Celebratio Officii Feriæ v. in Cæna Domini, Feriæ vi. in Parasceve, Festum Paschatis Resurrectionis D. N. & dies solemnus Corporis Christi cum Processione. S. R. C. 3. Iohris 1672.

6. Attenta dignitate S. Josephi, licet æqualitas ritus sit inter Festum S. Marci & SS. Apostolorum Philippi & Jacobi, Officium de Patrocinio S. Joseph est recitandum, si cum prædictis Solemnitatibus occurrat; vel concurrat. S. R. C. 11 Maji 1743.

### U R B I S & O R B I S.

7. Cum Sa: Me: Innocentius Papa XII. sub die XI. Augusti 1691. obsecundans piis precibus Serenissimæ Republicæ Venetiarum facultatem concesserit, ut in Ecclesia Universali recitari, & respectivè celebrari posset sub ritu semiduplicis Officium, & Missa S. Laurentii Justiniani Primi Patriarchæ Venetiarum; modò Sanctissimus Dominus Noster CLEMENS PAPA XIII. præ sua erga præfatam Sanctam pietate decrevit, ut ab omnibus Christi fidelibus utriusq; Sexus, qui ad Horas canonicas tenentur in posterum die 5. Septembris sub ritu Semiduplicis de præcepto prædicti Sancti Officium, & Missa recitari, & celebrari debeat. Die 12. Septembris 1759.



D. F. Card. Tamburinus Praefectus.  
M. Marescuscus S. R. C. Secretarius.

CAIETANUS IGNATIUS  
S O L T Y K

DEI & Apostolicæ Sedis Gratia Epi-  
scopus Cracoviensis Dux Severiæ.

8. Inter innumera muneris Pastoralis humeris nostris  
ab Alto commissa onera, non postremum est  
sedulo invigilare, ut Divinum Officium, quo Vi-  
ris in sortem Dñi vocatis antiquius nihil est, ritè  
& ordinatè absolvatur. Quapropter parte ab una  
compertum habentes Festa SS Remigii Episcopi  
& Canuti Regis in Classe Festorum ad libitum con-  
tenta ab antiquo in hac Nostra Diœcesi celebrari  
solita fuisse, verùm in præsentiarum ob enatas dif-  
ficultates diem suum non habere, parte ab altera  
probè scientes provinciam Ordinariorum esse, ut  
huiusmodi Festis perpetuò dies fixi non impediti  
destinentur, quemadmodum ex Oraculo S. Rit:  
Congr. 1746. die 7. Maji emanato liquet, ideo ut  
à modo perpetuis temporibus Festum S. Canuti  
Regis die 13. Februarii, Festum verò S. Remigii  
Episcopi die 12. Octobris sedem suam fixam ( non  
immutata tamen lege Sanctorum ad libitum ) ha-  
beat, præsentibus statuimus & determinamus. Re-  
quirentes Admodum Reverendum Ecclesiæ Nostræ  
Cathedralis Vice-Decanum pro tempore existen-  
tem uti perpetuum Officii Divini Directorem, qua-  
tenus in compilando Directorio ad præsentem de-  
terminationem Nostram semper attendat. In quo-  
rum fidem Datum Varsaviæ in Palatio nostro Epi-  
scopali die Nona Mensis Martii Annò Domini Mil-  
lesimò Septingentesimò Sexagesimò Primò.

CAIETANUS Episcopus

Dux Severiæ.

mpp



In Sup;

9. In  
tur.

Pe  
Fili  
ner  
nis  
han  
pu  
gel  
van  
ras  
fer  
tan  
tus  
cur  
mo  
tus  
den  
deb  
ris  
ne

BA  
ti  
si illu  
ditur  
quan  
Bapt.  
Bull.  
Cù  
smi C  
antur  
randu



9. In Supplementum Officii de SS. Sepulchro Xti Dñi addi-  
tur 9. lectio de eodem sermone S. Augustini ut sunt  
duæ priores

Petrus igitur videns Resurrectionem, quam DEI  
Filius prænuntiaverat, impletam, qui sollicitus ve-  
nerat, securus abscessit. Maria tamen Resurrectio-  
nis ignara non cessat lachrymas fundere, nesciens  
hanc esse Dominici Corporis gloriam, quam  
putabat injuriam. Cujus inanes mærores An-  
gelus magis prohibet, quam consolatur, ut E-  
vangelista testatur. Maria, inquit, quid ploras?  
si Spirituali prudentia intentionem Divini  
sermonis intelligas, lachrymarum causam non  
tanquam ignarus interrogat, sed importunos fle-  
tus dolentis objurgat. Maria inquit, quid ploras,  
cum vacuo monumento non damno funeris, sed  
merito resurgentis JESU Christi Corpus, vir-  
tus sibi non facinus vendicasset? culpam eod-  
em tempore à Maria lachrymas, fundi, quo  
debit gloriari. Quid ploras, aut quem quæ-  
ris? Angelus instruit nescientem sano consilio,  
ne viventem quæreret in sepulchro.

### De Baptismo.

**B**aptismi collatio unius testimonio comproba-  
tur, sed illius testimonio non deferendum nisi  
si illum probatæ fidei esse constet. Itaq; non cre-  
ditur chartulæ anonymæ cum qua Infantes ali-  
quando projecti reperiuntur. *Benedictus XIV: de  
Bapt. Judæorum sive Infantum. 28. Febr. 1747.  
Bull. Tom: 2: fol: 228.*

Cum ex veris gravibusq; Causis Sacras Bapti-  
smi Cæremonias prætermitti contingat, citò supple-  
antur, neque sine gravi peccato negligantur. Cu-  
randum est etiam ne extra casum necessitatis,  
F  
commu-

communis vel etiam ea, quæ pro lustrationibus benedicuntur, in Baptismi administratione adhibeantur, ac temere omittatur usus aquæ, ad hunc præcisè effectum benediæ, iuxta Præscriptum Ritualis Romani. *Benedictus XIV. in Decretis pro Incolis Regni Servia die 2. Febr. 1744 Bull: Tom: 1 foli 186. § 19. & 20.*

### *De Benedictione Fontis in Sabbato Magno.*

**A**tendant Parochi Præscripto Ritualis Romani, de Benedictione Fontis baptismalis, Sabbatò Sanctò, & Sabbato Pentecostes. Sabbato Sancto si non possunt haberi Olea sacra nova, tunc acceptâ aquâ ex Fonte per assistentes, reliquâ quantum sufficiat pro baptizandis ad Sabbatû Pentecostes, antiquis SS. Oleis Fons baptismalis perungatur. Peccant igitur graviter Parochi, qui aquam Fontis Sabbatò magno, non perungunt, sed duntaxat Sabbato Pentecostes: & ita à Sabbato magno ad Sabbatum Pentecostes aqua sacris Oleis non peruncta baptizant.

## P R I V I L E G I U M

*Altaris quotidiani pro Defunctis, ad mentem Brevis SSmi D. N. D. CLEMENTIS XIII. in Rubr: Anni præf: 1761. inserti.*

Si quis Parochorum adusq; non habeat, recurrat ad Curiam suæ Illr<sup>mæ</sup> Celsit: vel ad Officium Generale Cracovien: & petat designationem hujusmodi Altaris pro sua Parochiali Ecclesia.

Facultatem impertiendi Benedictionem cum Indulgentia plenaria in Articulo mortis, si quis Pa  
rocho.



rochorum & Commendariorum Ecclesiarum Pa-  
rochialium, jam alias olim ab Illmo & Rmo im-  
mediato Episcopo Crac. sibi subdelegatam non ha-  
beat similiter recurrat. Cujus tenor sequens.



## B R E V E APOSTOLICUM

Facultatis impertiendi Benedictionem cum In-  
dulgentia Plenaria Fideiibus in Articulo mortis  
constitutis etiam per alios, tam in Civitate, quam  
Diocesi Cracoviensi cum Literis subdelegationis  
hujusmodi. Facultatis Presbyteris tam Sa-  
cularibus quam Regularibus in Cura ani-  
marum laborantibus.

VENERABILI FRATRI CAJETANO EPI-  
SCOPO CRACOVIENSI.  
CLEMENS PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem & Apostolicam Benedictionem

**E**Rga omnes Christi fideles in maximo instan-  
tis mortis discrimine, & in durissima tanta  
necessitatis hora, constitutos, tanto abundan-  
tius Romanus Pontifex caelestes Thesauros ero-  
gare, traditamque sibi divinitus opitulandi pote-  
statem debet exercere, quanto tunc major pre-  
mit illos anxia aegritudo, ac penè conficit acerba  
tristitia, furentibus undequaque teterrimis & cal-  
lidissimis hostibus, qui Leonis instar rugientes, ad-  
stant, ut devorent, & quorum efferrata rabies, nisi  
eorum sanguine, idest aeterna animarum ruina,  
pleri non potest: Hinc, Nos quibus licet im-  
meri-



meritis omnes Oves suas Christus in Petro pascendas dedit, ne illis unquam in extremo vitæ mortalis agone aliquid detrimenti culpâ nostrâ contingere possit. in partem potestatis, & sollicitudinis nostræ cæteros Pastores nuper vocavimus, ut sibi comparatis omnibus Apostolicæ Sedis & Nostræ auctoritatis subsidiis, maiori atque uberiori eorum Gregis utilitati prospiciant, facilem ad assequendam æternitatem aditum aperiant, & horribiles hostium impetus comprimant atque repellant. Cùm itaque, sicut accepimus, Tu, qui Ecclesiæ Cracoviensi præesse dignosceris, Benedictionem Apostolicam cum Indulgentia plenariâ in Articulo mortis impertiendam ægrotis istarum Civitatis & Diæcesis Cracoviensis concedere posse plurimum desideres; Nos animarum Christi fidelium tuæ curæ commissarum saluti paterna charitate consulere cupientes, Fraternitati Tuæ, ut donec regimini Ecclesiæ Tibi demandatæ præfueris, & quoties in dictis Civitate & Diæcesi tuis, aliquem utriusque sexûs, Christi fidelem in mortis Articulo constitutum esse contigerit, si verè penitens, & confessus, ac Sacra Communione reffectus, vel, quatenus id facere nequiverit, saltem contritus, nomen Jesu ore, si potuerit, si minus, corde devotè invocaverit, & mortem, tamquam peccati stipendium, de manu Domini, patienti atque alacri animo susceperit, toties per Te ipsum, seu per unum, aut plures, Presbyteros probitate morum præditos sæculares, seu cujusvis Ordinis, & Instituti Regulares à Te ad Tui libitum semel, vel pluries, & quodcumque opus fuerit, delegandos, eligendos, & deputandos, & quo ad Moniales, illarum Confessarium ordinarium, Apostolicam Benedictionem Nostro, & Romani Pontificis

Ex

173

C

DE  
SC

Dil

Præ

rum

alio

te

C

G

Bre

acco

Mo

libu

ope

lud




Piscatoris die XXI. Januarii MDCCLXI Pontificatus nostri Anno 3tio.

Pro Dño Cardinali Passioneo,  
Joannes Florinus substitutus.

R O M Æ M D C C L V I I I .

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.



CAJETANUS IGNATIUS  
S O Ł T Y K

DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPI-  
SCOPUS CRACOVIENSIS DUX SEVERIÆ.

*Dilectis in Christo Adm. Rndis, & Religiosis,  
Præpositis, Parochis, Commendariis, Ecclesia-  
rum Parochialium Vacantium Vicariis, Moni-  
achialium Confessariis Ordinariis, Ceterisque Presby-  
teris, tam Secularibus quàm Regularibus in  
Civitate & Diœcesi Nostra Cracoviensi in  
Cura Animarum laborantibus Salutem &  
Benedictionē à Christo Jesu Dño Nostro.*

**Q**uam primùm à Ssmo Dño Nostro CLE-  
MENTE XIII. Divinâ Providentiâ feliciter  
gubernante Christianam Rempublicam;  
Breve Apostolicum, Nobis benignè concessum,  
accepimus; In Ordine ad lucrandam in Articulo  
Mortis Indulgentiam, pro omnibus Christi Fide-  
libus in Diœcesi Nostra Cracoviensi existentibus,  
operæ pretium duximus sinè ulla cunctatione, il-  
lud Vobis Fratres in Christo Dilectissimi, quibus  
imme-



immediata Cura Animarum est concessa, commu-  
nicari. Clarū enim, perspectumq; habemus, ma-  
ximum in ultimo Vitæ conflictu, animarum Chri-  
sti sanguine redemptarum agi salutis negotium,  
quod nos tantopere pro Pastoralis officio sollici-  
tos reddit, ut ijs opportunō remediō succurramus,  
& ut posteaquam naturæ leges expleverint; ne  
Purgatorij Pœnas pro culpis, quas juxta rigorem  
Justitiæ; solitâ non expiârunt in vita pœnitentiâ,  
subire cogantur, plenariâ suppleant in Contrito  
Corde Indulgentiâ & æterna cum Sanctis & E-  
lectis Dei perfruantur felicitate; In hunc igitur  
finem inhærendo Constitutioni gloriosæ memo-  
riæ Summi Pontificis BENEDICTI XIV. Anno  
1747. Nonis Aprilis editæ sub hac Forma: *Pia*  
*Mater Ecclesia, Catholica.* & præinserto Brevi Apo-  
stolico; quod incipit: *Erga omnes Christi Fideles,*  
Vos supra scriptos Adm. Rñdos. Rñdos,  
Religiosos, Præpositos, Parochos, Commen-  
darios, Vicarios Ecclesiarum Parochialium, Mo-  
nialium Confessarios ordinarios, cæterosq; Pre-  
sbyteros tam Sæculares quàm Regulares in Civi-  
tate & Diœcesi Nostri Cracoviensi Curæ anima-  
rum præsidentes ac invigilantes; ad excipiendas  
Confessiones, à Nobis, aut Generali, Officio, seu  
Foraneis Officialibus approbatos; ut pro nobis Be-  
nedictionem adhibitâ Formulâ in eodem Brevis  
præscripta cum applicatione Plenariæ Indulgen-  
tiæ Christi Fidelibus in extremo agone constitu-  
tis tam Parochianis, quàm Peregrinis; & respecti-  
ve Confessarii ordinarij Monialium ipsis Monia-  
libus & Personis intra clausuram Monasterij de-  
gentibus, verè pœnitentibus & Confessis ac Sacra  
Communione refectis, vel quatenus id facere ne-  
quiverint, si saltem contriti Nomen JESU ore, si  
pote-



poterint, si minùs, corde, devotè invocaverint, impertiamini, deputamus, & sub delegamus præsentibus literis nostris, quò ad Præpositos & Parochos ad cessum vel decessum, seu quousque Beneficia hujusmodi, quæ tempore datæ præsentium obtinent, possederint; quò ad Commendarios, tam deputatos, quàm deputandos, qui eo ipso, quò deputabuntur subdelegati censeantur; dummodo aliàs ad Confessiones fuerint approbati durante Commenda, quò ad Vicarios: quousq; Ecclesiis quibus nunc deserviunt; deservire non cessaverint, quò ad Confessarios Monialium durante deputatione Nostra, quò ad Presbyteros Regulares cujuscunq; Ordinis & Instituti in Civitate & Diæcesi Nostra Cracoviensis; qui Fideles extremis laborantes pia Charitate adjuvabunt, durante ipsorum modernorum superiorum officio valituris, reservata nobis Facultate vos sic à nobis deputatos & subdelegatos toties quoties, removendi, aliosq; in locum vestrum pro nostro arbitrio subrogandi; & subdelegatione Vicariorum Ecclesiarum Parochialium restricta & limitata ad casum absentiae, ab Ecclesiis Præpositorum & Parochorum, vel legitimi impedimenti: ut est, si verè infirmi decumbant, senio confecti sint, aut Sacris operentur, cum Fidelium aliquis Benedictionem & plenariæ Indulgentiæ beneficium sibi impendi expetierit. Omnino enim ipsos Præpositos & Parochos, & quibus animarum Cura principaliter incumbit, ad id Charitatis & officii, saltem in loco eorum Residentiæ, diu, notuq; præstandum (nisi ut præfertur legitimè fuerint impediti & coram Deo excusentur) obligamus & obstringimus. Quoniam verò Sacerdotibus, qui Fideles in morte luctantes piè adjuvant & Ecclesiastica Sacramenta ipsis ministrant,

Ritu-



Rituale Romanum injungit, ut ærotus Indulgentiam plenariam legitima autoritate concessam consequi valeat, proponant, quo opus sit, ad eam consequendam, ex his autem, qui ad hujusmodi Statum redacti sunt, alij quidem cum plena cognitione integrum loquelæ usum retinent, alij verò facultatem loquendi amiserunt, licet antehac sinceræ Contritionis indicia dederint, eaq; adhuc ratione utentes, identidem significare non desinant. Ideo, quò securius prædicti moribundi Indulgentiæ fructum consequantur præfatis Sacerdotibus Summus Pontifex mandat, & nos præcipimus, ut omni ratione studeant ultima & periculosa infirmitate pressos Fideles excitare ad novos de admissis peccatis doloris Actus eliciendos, concipiendosq; perfectæ in Deum Charitatis affectus, præsertim verò ad ipsam mortem æquo ac libenti animo de manu Domini suscipiendam. Hoc enim præcipuè opus in hujusmodi Articulo constitutis Summus Pontifex imponit ac injungit, quo se ad plenariæ Indulgentiæ fructum consequendum præparent ac disponant: Mementote autem Fratres in Christo Dilectissimi, ut cum cæterorum Saluti pro vestro munere & Zelo prodesse contenditis, nolite vestræ obesse, ut & bona quæ agitis, cum magna cautela teneatis, nè per hoc, quod à vobis rectum geritur, favor aut gratia humana requiratur; nè appetitus laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus à mercede vacuetur. In quorum Fidem: Datum in Palatio nostro EPISCOPALI Varsaviæ. Die 8<sup>va</sup>. Mensis Martij Anno 1761.

Cajetanus Epp̄s.

Dux Sæverie mpp̄o.

Lite



*Litteræ Inhibitionis & Mandati ad abrogandas certas consuetudines Sacrorum Rituum Ceremoniis contrarias.*

FRANCISCUS

De POTKANA

POTKANSKI

DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS PATARENSIS, SUFFRAGANEUS, CANONICUS, VICARIUS, in SPIRITUALIBUS & OFFICIALIS GENERALIS CRACOVIENSIS.

*Universo Clero & populo per & intra Civitatem & Diocesim Cracoviensem constituto salutem in Domino sempiternam.*

**I**n omnibus Solemnitatibus Christianis non igno-  
ramus dilectissimi Verbis S. Leonis Papæ Serm.  
9. de Quadrage. Vos alloquimur, Paschale Sacramentum esse præcipuum, cui condignè & congruè suscipiendo, totius quidem nos temporis Instituta reformant: Sed Devotionem nostram præsentibus vel maximè dies exigunt, quos illi sublimissimo Divinæ Misericordiæ Sacramento scimus esse contiguos. In his cum Sancta Catholica Ecclesia ex antiquissimo Sanctorum Patrum Instituto, publicas, Sacras Rituum Ceremonias ad excitandam Fidelium majorem pietatem, signanter Feriis Majoris Hebdomadæ ad ferventiùs recolenda Mysteria Passionis Salvatoris nostri JESU Christi, quæ par est religione, laudabiliter celebrare consuevit, in Sacros hujusmodi Ritus Ecclesiæ certi abusus, prava quadam consuetudine irrepsert, qui Dignitatem Sacrorum Rituum, obumbrare, ipsiusq; debitam reverentiam minuere dignoscuntur. Perspectum quippe habemus, ejusmodi abusus fieri in exhibitione personæ Judæ proditoris. In depositione de Cruce Figuræ Christi Crucifi-



xi, ejusq; deportatione in feretro tum in Processione cum larvata persona Crucem baiulante, in assistentia Virorum loriceis & armis, vestibusq; perfidiae judaicae indutorum, aliasq; plures similes ineptias, inconvenientias, velut comedias Theatrales cum risu, clamore, insolentia, istis Sacris diebus Divinorum Mysteriorum plenissimis, Sacrorum Rituum laudabilibus Caeremoniis contrarias, respectivè, per Confraternitates Saecularium, quae ad augendam Christianam pietatem institutae sunt, tum quoq; cum figura Christi à mortuis Resurgentis, nec non cum Cruce circumambulationes agrorum, pratorum, Villarum, ac aliorum locorum cum ingentibus, vociferationibus iniustisq; cantilenis, magnum praesferentes scandalum in populo, ob sequentem inde temulentiam per Villanos fieri, exerceri & praticari. Quod cum fideliter relatum sit, *Celsissimo Principi Illustrissimo & Reverendissimo Domino CAJETANO JGNATIO SOETIK Episcopo Cracoviensi, DUCI Sereviae Pastori nostro Vigilantissimo, Cujus Pastoralis Sollicitudinis curam in eo versari non ignoramus, ut quosvis abusus, si qui in Diacesi sua irrepserint, illos praesertim, qui Sacros Ecclesiae (non habentis maculam neq; rugam) Ritus inhonorandi occasionem praebent, abroget, tollat & extirpet, seu secundum Apostolum, evellat, plantet & aedificet, his ex causis, Literas Inhibitionis & Mandati contra quasdam minus decentes diebus consuetudines Majoris Hebdomadae praticari solitas ad Officialatum Lublinensē de Dat. Varsaviae 26. Febr: Anno currenti extradi & publicari mandavit: Nobisq; similes Literas Inhibitionis & Mandati pro Officialatu Cracoviensi & aliis, relaxandas commisit. Pro inde omnibus & singulis Praepositis, Parochis, Com-*  
menda-

men  
ribus  
& D  
ribus  
ne v  
Eccle  
datar  
stor  
hiber  
ipsi  
pore  
Statu  
ter co  
quen  
regri  
Resu  
landu  
gura  
cultu  
cris  
quini  
Judæ  
fition  
sti à  
isq;  
Ritib  
conte  
JESU  
remo  
in pi  
Sakra  
silenti  
sis ab  
Rtris



mendariis, Vicariis cæterisq; Presbyteris Sæcularibus & Regularibus etiam exemptis, in Civitate & Diœcesi Cracoviensi constitutis, tum Promotoribus, Prioribus, Senioribus, & quocunq; nomine vocitatis, Confraternitatum omnium, tam in Ecclesiis Parochialibus, quàm Regularibus fundatarum, nec non Scholarum humaniorum Directoribus, Authoritate Nostra Ordinaria seriò inhibemus, & inhibendo districtè præcipimus, ne ipsi & quilibet eorum toto Quadragesimali tempore dialogicas Scenas, & quasvis exhibitiones Statuere, potissimum Dominicâ Palmarum (*præter consuetas Scholarium acclamationes*) nec non sequentibus diebus Majoris Hebdomadæ vestes peregrinas, & Theatrales assumere, tum Dominicâ Resurrectionis seu aliis diebus ad circumambulandum agros, prata, Villas, ac alia loca cum figura Christi à mortuis Resurgentis, & Cruce, facultatem Villanis permittere, aut quid: quam Saceris Cæremoniis contrarium attentare, præsumant, quinimò à quibusvis abusibus, ut in exhibitione Judæ proditoris, in bajulatione Crucis, in depositione figuræ Crucifixi, in portatione figuræ Christi à mortuis Resurgentis, per diversa loca, aliisq; inconvenientiis adusq; practicatis, & Sacris Ritibus contrariis abstineant, & Fidelem populû ad contemplanda Mysteria Passionis Domini Nostri JESU Christi, per externas Sacrorum Rituum Cæremonias, in Ecclesiis peragi solitas significantia in pietate, modestia & silentio instruant, juxta Sacræ Paginæ Oraculû. *Bonum est præstolari cum silentio Salutare DEI. Thren. 3.* Quod si in præmissis abusibus quidquam attentatum, & hisce Nostris Literis Inhibitionis & Mandati contraven-

tum



tum fuerit, extunc pœnas Sententiæ excommu-  
nicationis, tum multæ 300. Marcarum piis locis  
applican: ad quamlibet delationem contra quem-  
cunq; Mandatis Sedis Ordinariæ refragarium, ir-  
remissibiliter eidem infligen: decernim9, manda-  
tumq; quodvis necessarium relaxamus. Præte-  
rea cum Myſteria Paſſionis Domini Noſtri JESU  
Chriſti etiam mentes Angelicas excedant, horta-  
mur ſalubriter in Domino Eccleſiarum Rectores &  
Regularium Superiores, ut ad faciendas hujusmo-  
di Exhortationes diebus S. Quadrageſimæ, præ-  
cipue Majoris Hebdomadæ, in quibus eminenter  
fulget Crucis Myſterium, Viros doctos, pruden-  
tes & pios deſignent, qui præſtantiffimum hoc mu-  
nus Apoſtolicum ſolidè, & doctè exequantur, quo-  
rum *Sermo & prædicatio ſit, non in perſuaſibilibus hu-  
manæ Sapientiæ verbis, ſed in oſtentione Spiritus & vir-  
tutis 1. Cor. 2. Ad extremum vos Fratres, quo-  
niam eſtis Presbyteri in populo DEI, & ex vobis pen-  
det Anima illorum, qui curæ veſtræ comiſſi ſunt,  
ad eloquium veſtrum corda eorum erigite, ut quibusvis  
pravis obſervationibus, abuſibus & conſuetudi-  
nibus Sacrorum Rituum Cæremoniis contrariis,  
deſerveſcant. Præceptaq; Statuta, & Ordinatio-  
nes Sanctæ Eccleſiæ ſervent ipsisq; attendant & obe-  
diant, Muneris Veſtri admonendo præcipimus, &  
mandamus, ut prævia quotannis præſentium pu-  
blicatione, Sacros Ritus & Cæremonias Eccleſiæ  
explicent, ſignanter de Proceſſionibus: & publicis  
Supplicationibus, reſpectivè in Feſto S. Marci, &  
diebus Rogationum doceant, ut habetur in *majori  
Libro Agendarum Eccleſiæ præſcriptum. Quæ omnia  
& ſingula ut ad notitiam omnium deveniant, Li-  
teras præſentes Inhibitionis & Mandati Typo im-  
preſ-**



pressas ad omnes Ecclesias viâ cursoriâ transmit-  
ti, publicari, ac religiose observari mandamus.  
In quorum fidem Datt. Cracoviæ Die 12. Mantii  
Anno Domini 1761mo.

Franciscus POTKANSKI  
Suffraganeus Officialis  
Generalis Cracoviensis



Catalogus Prælatorum & Canonico-  
rum Ecclesiæ Cathedralis

Cracoviensis. Anno 1761.

- Michaël Wodzicki Episcopus Præmysliensis,  
Decanus Eccl. Cath. Crac. Procancellarius  
Regni.
- Mathias Lubiński Archi-Diaconus.
- Gabriel Podofski Præpositus, Regni Referendarius
- Hieronymus Wielogłowski Suffraganeus & De-  
canus Præmysliensis Scholasticus Eccl. Cath. Crac.
- Martinus Załuski Primicerius, Suffraganeus Plo-  
censis.
- Michaël Komecki Custus.
- Josephus Gorzeński Cancellarius.
- Michaël Trzebiński.
- Josephus Załuski Episcopus Kijoviensis.
- Josephus Rogali.
- Josephus Grodzicki.
- Franciscus Czerny Curie Episcopalis Auditor.
- Valentinus Pruski
- Christophorus Szembek
- Valentianus Węzyk Episcopus Chelmonensis.

Ignac

Ignatius Bienkowski.  
 Andreas Potocki  
 Andreas Młodziejowski.  
 Andreas Ankwicz.  
 Josephus Niewieściński. Deputatus ad Tribunal  
 Regni.  
 Franciscus Potkański Suffraganeus Officialis Ge-  
 neralis Cracoviensis.  
 Franciscus Sierakowski.  
 Dominicus Kiełczewski Suffraganeus Chełmensis  
 Antonius Bełdowski,  
 Stanislaus Mamczyński. *1761. 21<sup>o</sup>bris obit*  
 Melchior Gorowski  
 Michæl Poniatowski Deputatus ad Tribunal Regni  
 Ignatius Sołtyk *1761. 7.bris obit*  
 Adamus Rzewulski  
 Adalbertus Grzymała  
 Joannes Stadnicki  
 Theodorus Granowski  
 Joannes Cantius Wosiński Præpositus & Officialis  
 Tarnoviensis. *1761. 2<sup>o</sup>bris obit*  
 Leonardus Kiełczewski Vladislaviensis, Coadjutor  
 Canonicus & Archipresbyter Crac.  
 Joannes Cantius Wodzicki Coadjutor Canonicus.  
 Ignatius Grodzicki Coadjutor Canonicus.

## E L E N C H U S

*Cleri vitæ sancti Diocesis Crac. 1760.*

18. Martii Simon Goryłski in Rychwałd annis 40.  
 Curatus, *ætatis sue 69.*  
 20. Aprilis Andr: Luszczkiewicz Vic. Androviens.  
 anno *ætatis 35.*  
 18. 7bris. Sebast. Lewkiewicz Præbend. Kęten.  
*ætatis 57.*

1. Ju--



1. Junii Petrus Pączkiewicz Præbend. Grudzinē *ætatis 40.*
21. 8bris. Franciscus Odłuchowski Vice-Custos Colleg. SS. OO. Crac: *anno ætatis 31.*
15. 9bris Casimirus Klarycki, Colleg: S. Annæ Sacristianus, *anno ætatis 70.*
18. Mathias Mrowiecki Vic: in Raciechowy *annis 40. annō ætatis 70.*
27. Martinus Matlakowski Decanus Colleg. Tarnoviens: in Zborowek *annis 35. Curat9 ætatis 55. Sacerdotii 41.*
7. xbris Michæl Awedyk S. T. & U. J. D. Gnesnensis Loviciensis Canonicus, Archi-Presbyter Coadjutor Crac. *ætatis 47.*

1761.

5. Januar: Josephus Domiechowski Præbend: Mlyczowienſis *ætatis 49:*
18. Josephus Gaworski Vic: Lubloviensſis Dec: Scepuſiensſis, *annis 34. ætatis 60:*
20. Casimirus Lachowicz Phiæ Doct: Colleg: Pilecenſis & For. Leloviensſis Decanus in Kroczyce *Curatus, ætatis 55.*
22. Mathias Rożanski, in Wilkowisko *Curat9 ætatis 72.*
26. Jacobus Szczepański, Præbend. S. Crucis Eccl. Cath. Crac.
6. Febr. Barthol. Lissowski in Poczesna *Curat9 ætatis 64.*
15. Antonius Olexinski Vic. in Zborowek
28. Stanislaus Guniewicz Vic. Eccl: Cath. Crac. *ætatis 50.*
5. Mertii Josephus Łukázkiewicz, U. J. D.

G

Ca-

31. **Canonicus Cathedralis Crac. in Ce-**  
**rekiew Curatus, annò ætatis 60.**  
 Georgius Gorczycki, in Kamien Cu-  
 ratus Decan. Bythomien.
4. Aprilis **Franciscus Kostrzewski Præben. Cu-**  
**dzinoviensis annò ætatis 70.**
7. **Ignatius Kadłubiski, in Regulicæ Cu-**  
**ratus, añò ætatis. 44.**
8. **Georgian: Dziurkiewicz. in Wola**  
**Curatus Decan: Skavinen.**
15. **Joannes Jankowski Mans, Hzen: æ-**  
**tatis 35.**
16. **Franciscus Janowski Vic: Bobinensis**  
**ætat: 47.**  
**Mathias Robaczyński, Vic: Czarno-**  
**donaiecen: ætatis 50.**
1. Maji **Sebast: Salomõ in Piotrowice Curat9**  
**ætat: 44.**
4. **Georgius Zubrzycki Phiæ Doct. &**  
**Prof: in Łukowica Curatus annò æ-**  
**tatis 35.**
7. **Joachim: Buchtowicz Vic: Milovienè**  
**ætat: 60**
8. Julij **Alexius Ossoliniki Cracovien: & Var-**  
**mien: Canonicus.**
12. Julij. **Hyacinthus Łopacki S. Th: & Med.**  
**Dr. Canonicus Cathedralis & Archi-**  
**presbyter Crac: ætatis 71. Vir de Ec-**  
**clesiâ bene meritus. Templum suum**  
**marmoreis Altaribus, Argentea sup-**  
**pellectili, intra picturis ornavit, ex-**  
**tra, lamina cuprina contextit Porti-**  
**cum Templi sumptuosum erexit**  
**Hospitale Pauperum fundavit & do-**  
**tavit, Plura, quæ fecit posteritati A-**  
**cta loquentur.**

INDEX



(o)

# INDEX LIBRORUM

*Qui in Typographia Seminarii Episcopalis  
Academico-Diœcesani Cracoviensis  
Typis impressi, venales extant.*

1. Enchiridion piarum Meditationum in Dominicas ac Festa totius anni. Solitariis, Concionatoribus, & Catechistis, admod: liber necessarius.
2. Monita Generalia de Officiis Confessarii liber in 8vo. Venerab: Clero ad sanctè curæ suæ commissos in Sacro Tribunali conscientie instruendos utilis & summè necessarius, cui adjunctus est ordo SS. Missæ Sacrificii, & memoriale boni Sacerdotis, modus ordoq; Incensationis Altarium, ac Praxes Liturgicæ quadruplicem Sacrificii Missæ fructum, applicantes, tum deniq; præparatio ad Missæ Sacrificium, & Gratiarum actio.
3. Nauka Chrześcijańska. Roberti Bellarm: Card:
4. Missalia Defunctorum Notis novis illustrata.
5. Odpowiedź ná Przedmowę Wykładacza Polskiego Xiążki Francuskiej.
6. Instructio Familiaris Aspirantibus ad statum Spiritualem.
7. Reguły albo sposoby nieomyłne do nabycia w każdym stanie Dostkonalości Chrześcijańskiej.
8. Zebranie Zycia Świętobliwego, cnot Heroicznych y Męczeństwa S. Stanisława Biskupa Krakowskiego cum Litanii.
9. Publikacya Odpustow wiecznych od stolice Apostolskiej nadanych.


10. Regula Aurea actuum humanorum aliàs intentionis faciendæ.
11. Głos Pasterki J. W. Imc. Xiędza Biskupa Smoleńskiego Kazania
12. Kazania Ichmc XX. Ignacego y Klementa Herkow.
13. Instrukcyja dla Ichmc: XX. Komisarzow Klafztorow Zakonnych Panien
14. Regula Meditationum ipsæq; Meditationes in 4to Polonico idiomate.
15. Oratio in laudem olim Serenissimi Regis Poloniæ Joannis III.
16. Jasne dowody przeciwko Doktorom czyli Lekarzom żydowskim.
17. Kazanie o Troiakiey Jedności X. Balsama Soc. Jesu. miane ná Wotywie pro successu Comitiorum Generalium Regni.
18. Hymnus S. Casimiri de B. M. V. & de B. Joanne Cantio & S. Stanisl.
19. Summa Caremoniarum Missæ privatæ
20. Obiaśnienie nauki Chrześc: z rozkazu Klementa VIII. Belarmina
21. Orationes Funebrales Andreae Załuski Episc: Cracov: Ducis Severiæ Seminarii Academico Diæcesani Fundatoris Munificentissimi Romæ habitæ
22. Nabożeństwo do S. Floryana Patrona K. P.
23. Memoriale Sacerdotis boni munus comprehendens
24. List pewnego Práfata do Przyjaciela z okazji Objekcyi na Duchowieństwo
25. Zebranie nauki Chrześciańskiej in modum Catechizmu
26. Theorema & praxis to jest ratowanie chorych, posilenie konających

27. Pro-



27. Proceſs życia człowieka grzeſznego albo Ka-  
zanie pod czas Paſſyi O. Benigna Karmel: miane
28. Canon Miſſæ do Miſzałów y na Ołtarz
29. Kazania Niedzielne Roczne A. R. P. Stanisłai  
Szczepanowski Cuſtodis Provinciæ Ordinis S.  
Franc: Convent:
30. Finita ſunt Rudimentá : Cantûs Choralis  
Gregoriani annexum habens Offic: Defunct cum  
notis Muſicalib: ac intonatione Pſalmorum, An-  
typhonarum; Reſponſoriorum.
31. Parochianus Obediens de duplici Paroch: obli-  
gatione, audiendi Verbum Dei ac Miſſam in ſua  
Parochia diebus Dominicis & Feſtis Majoribus.
32. Item Examen Trinum Ordinandorum, Ap-  
probandorum & Inſtituendorum Admod: Re-  
verendi Franciſci PREISS Sac: Sac: in Com-  
muni. Viventis.
33. Jáko w Niebie ták y ná ziemi, o woli ludz-  
kiej z Wolą Boſką Stoſowanie ſię, Z Xiąg W.  
X. Jeremiaſzá Drexeliuſzá S. J. Z Łacińſkiego  
na Oyczyſty Język w Roku 1641. Przełożone  
Powtornie Krotkim y łatwieyſzym ſtylem prze-  
drukowane Roku Pańſkiego 1761.
34. Officium Codzienne z roſznemi Nabożeńſtwami  
y przydatkami.
36. Conſtitutiones Synodales finientur, brevi.





*Die IV. Xbris. In Feflo S. Barbara Virginis  
& M. Or. propr. & Lect. 2di Noct. à S. R.  
C. die 22. 7bris. 1733. approbata.*

O R A T I O.

**I**ntercessio quæsumus Domine, Beatæ Barbara Virginis & Martyris tuæ, ab omni nos adversitate ptotegat, ut per eius interventum, gloriosissimum sacrosancti Corporis & Sangvinis Domini nostri JESU Christi Sacramentum, ante diem exitûs nostris, per veram pænitentiam, & puram confessionem percipere mereamur. Qui tecum vivit & regnat, &c.

*Lectio IV.*

**B**arbara Virgo Nicomediensis Dioscori nobilis, sed Superstitiosi hominis filia, per ea, quæ visibilia facta sunt, ad invisibilia, Divina opitulante gratia facile pervenit. Quapropter soli Deo, rebusque Divinis vacare cepit. Eam Pater, ut pote forma venustiore nitentem, à quocunque virorum occursum tutari cupiens, turri inclusit, ubi pia Virgo Meditationibus, & precibus addicta, soli Deo, quem sibi in Sponsum delegerat, placere studebat. Oblata à Patre pluries nobilium connubia, fortiter sprevit: pater verò per sui absentiam filia, animum posse facilius emolliari confidens, jussit primo balneum extrui, ne quid ei deesset ad commoditatem: deinde peregre in exteras regiones profectus est.

*Lectio V.*

**A**bsente Patre, jussit Barbara duabus fenestris, quæ in turri erant, tertiam addi, in honorem Divinae Trinitatis, labiumque balnei sacrosanctæ Crucis signo muniri, quod ubi rediens, Dioscorus inspexit, audita novitatis causa, adeo in Filiam excanduit, ut stricto ense eam appetens parum abfuerit, quin eam

dirè

dirè  
baræ  
qua  
pot  
reper  
gnis  
ra, di  
nienc

**I**Ta  
tata  
lis c  
ubi  
miri  
mav  
conv  
baræ  
facib  
ditur  
tur,  
ret.  
ca p  
vice  
prop  
diu  
min

**I**N  
Ibo  
virg  
obv

**P**



dirè confoderet: sed præstò adfuit Deus; fugienti Bar  
baræ saxum ingens se patefaciens, viam aperuit, per  
quam montis fastigium petere, & in specu latere  
potuit, sed paulo post, cum à nequissimo genitore  
reperta fuisset, ejus latera pedibus, dorsumque pu-  
gnis immaniter percussit, & crinibus per loca aspe-  
ra, difficilesque vias raptatam Marciano Præsidi pu-  
niendam tradidit. *Lectio VI.*

**I**Taque ab ipso omnibus modis, sed incassum ten-  
tatam, nudam nervis cædi, & inflicta vulnera testu-  
lis confricari, deinde in carcerem trahi præcepit,  
ubi immensa luce circumdatus ei Christus apparens  
mirificè confortatam in passionum tolerantia confir-  
mavit: quod advertens Juliana matrona ad fidem  
conversa, ejusdem palmæ particeps effecta est. Bar-  
baræ demum ferreis ungvibus membra laniantur,  
facibus latera incenduntur, & malleolis caput contu-  
ditur; quibus in cruciatibus consortem consolaba-  
tur, & hortabatur ut ad finem usque constanter certa-  
ret. Præcis tandem utrique uberibus, nudæ per lo-  
ca publica traxæ, capite plectuntur. Filiæque cer-  
vicem ipse scelestissimus Pater, humanitatis expers  
propriis amputavit manib9 cujus fera crudelitas nõ  
diu inulta remansit, nam statim eo ipso in loco ful-  
mine percussus interiit.

*In tertio Nocturno*

*Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Lectio VII. Cap. 25.*

**I**N illo tempore: dixit JESUS Discipulis suis para-  
bolam hanc: Simile erit regnum Cælorum decem  
virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt  
obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

*Homilia 5. Joannis Chrisostomi.*

*Homilia 79. in Matthæum circa medium.*

**P**ost ingentes labores, post incredibiles sudores, &  
acer-

acerrimas pugnas, post; trophæa, quæ de naturæ  
rabie statuerunt, resurgunt cum dedecore, & lam-  
padibus earum extinctis, terram aspicientes rece-  
dunt. Nihil sanè tenebrosius: est, quam virginitas  
oleo carens, unde sic vulgò multi immisericordes te-  
nebrosos solent appellare. Quid igitur ex virgini-  
tate lucratae sunt, quæ nec sponsuin quidem vide-  
runt, nec saltem ad pulsandum usque pervenerunt,  
sed terribile illud verbū audivêre: Abite nescio vos.

R. Hæc est virgo sapiens.

*Lectio VIII.*

**Q**UOD cū ipse dixerit: nihil aliud quàm gehen-  
na & intolerabilis cruciatus relinquatur: imò  
verò etiam gehennâ istud verbum gravius est: hoc  
verbum operantibus etiam iniquitatem dixit: Vigi-  
late, quia nescitis diem, neque horam. Crebro id  
repetit, ut ignorantiam exitus ab hac vita, utilem  
esse ostendat. Ubi sunt ergo, qui per totam vitam  
desidiâ torpescunt, & quando à nobis admonentur,  
respondere non dubitant omnia se pauperibus mo-  
riendi tempore relicturos? R. Media nocte.

*Lectio IX.*

**A**Udiant hæc verba, & emendent se; multi enim  
abeundi tempus expectantes, ita repentè rapti  
sunt, ut nec injungere suis quidquam potuerint. Sed  
hæc quidem parabola ejus eleemosynæ gratia, quæ  
cum pecunia conficitur, dicta est. Cur autem hæc  
Parabola Sponsum adducit? Ut videas, quantum vir-  
ginibus Christus afficitur iis, quæ sua pauperibus  
erogant: hæc enim & vera virginitas est. Nam &  
Paulus huic rei hanc descriptionem attribuit dicens:  
Innupta sollicita est de iis, quæ Domini sunt, ut sit  
sancta corpore & spiritu.

Te Deum laudamus;






Ob commodum litigantium adjun-  
gitur hic pro notitia, quod Jus-  
dicia Sacrae Nuntiaturae Apostoli-  
cae in Regno Poloniae silent.

**A** festo S. Thomae Apostoli usq; in  
Crastinum Epiphaniae.

**A** die Lunae ante Carnis privium ad  
Feriam sextam immediate Se-  
quentem.

**A** die Lunae hebdomadae Sanctae usq;  
in Octavam Paschae.

**Ab** ultima Juris in Julio usq; ad  
primam Juris in Aprili, quia per  
totum mensem Augusti sunt fe-  
riae Generales



**C R A C O V I A E.**

**Typographiae Semin: Episcop, Acad: Diae**



TO THE HONORABLE SENATE OF THE MASSACHUSETTS  
IN SENATE, JANUARY 18, 1857.  
REPORT OF THE COMMISSIONERS OF THE LANDS,  
IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED BY THE SENATE  
MAY 10, 1856.  
ALBANY: PUBLISHED BY HENRY RILEY,  
PRINTER OF THE SENATE, 1857.





Biblioteka Jagiellońska



stdr0018674

621

---

12

2

45

62

45

